Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>



2

Liber Codij Lactancij firmiani diuinarum institutionum ad uersus gentes. liber primus de falsa religione. Ad Constantinum imperatorem. feliciter incipit :-

AGNO ET EXCELLENTI INGENIO uiri cum se doctrinae poenitus dedisset quicquid laboris poterat impendi. contemptis omnibus & priuatis & publicis actionibus. ad inquirendae ueritatis studium contulerunt existimantes multo esse praeclarius humanarum diuinarumq; rerum inuestigare. ac scire naturam q̃ seruiendis opibus accumulandis bonis inhaerere. Quibus rebus quoniam fragiles terrenaeq; sunt. & ad solius corporis pertinent cultum. nemo melior. nemo iustior effici potest. Erant quidem illi veritatis cognitione dignissimi. quam scire tantopere cupierunt. atq; ita: ut eam rebus omnibus anteponerent. Nam & abiecisse quosdam res familiares suas & renuntiasse cunctis voluptatibus constat: ut solam nudam atq; uirtute nudi expeditiq; sequerer. Tantum apud eos uirtutis nomen & auctoritatis valuit: ut in ipsa esse summum bonum putarent. Sed neq; adepti sunt id. quod uoluerant. & operam simul atq; industriam perdiderunt. quia veritas id est arcanum dei summi. qui fecit omnia. ingenio ac propriis sensibus non potest comprehendi. Aliqui nihil inter deum hominemq; distaret. si consilia & dispositiones illius manifestatis aeternae cogitatione assequeretur humana. Quod quia fieri non potuit. ut hominum per seipsum ratio diuina notescere. non est passus hominem deus lumen sapientiae requirentem diutius errare. ac sine ullo laboris effectu vagari per tenebras inextricabiles. Aperuit oculos eius aliqui & notionem ueritatis manus suum fecit. & urbanam sapientiam nullam esse monstrare & errantibus ac uagos uiam consequendae immortalitatis ostenderet. Verum qui praeuaricantur caelesti beneficio ac munere q̃ obuoluta in obscuro ueritas latet: eam uel contemptui doctis est. qui pro neis assertoribus egent. uel odio indocti ob insitam sibi austeritatem: quae natura hominum prouidus in unum aptari non potest: Nam quia uirtutibus amaritudo praeexta est. uitia vero voluptate condita sunt. illa offendit haec de